Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tem aut uxorem aut filios aut agros ꝓ nomine meo
centuplum accipiet et uitam eternam possidebit. In octa apl̃or
Actus. Deus plenus hominis. Ad Galathas.
non accipit. Nichil enim qui uidebantur aliquid esse
michi contulerunt. Sed econtra cum uidissent quod
creditum est michi euangelium preputij sicut petro circumcisio
nis. qui enim operatus est petro in apostolatum circumcisionis
operatus est et michi inter gentes et cum cognouissent gra
tiam que data est michi iacobus cephas et iohannes
qui uidebantur columne esse dextras dederunt michi et
barnabe societatis. ut nos in gentes ipsi autem in circumcisio
ne tantum ut pauperum memores essemus. Quod
etiam sollicitus fui hoc ipsum facere in ꝓspectu ihu dñi mei.
Hallot. Iussit ihs discipulos. Sci in Machenm.
suos ascendere in nauicula et precedere eum transfretum
donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in
montem solus orare. Vespere autem fuit solus erat
ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluc
tibus. Erat enim contrarius uentus. Quarta autem uigi
lia noctis uenit ad eos ambulans super mare. Et uidē
tes eum super mare ambulantem turbati sunt dicentes.
Quia fantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimque
ihs locutus est eis dicens. Habete fiducia ego sum nolite
timere. Respondens autem petrus dixit. Dñe si tu es iube
me uenire ad te super aquas. At ille ait. Veni. Et descen
dens petrus de nauicula ambulabat super aquam ut
ueniret ad ihm. Videns uero uentum ualidum timuit.
Et cum cepisset mergi clamauit dicens. Dñe saluum
me fac. Et continuo ihs extendens manum apprehendit